

Josias magnum ab aduersariis amorem acquisivit/  
qm̄ celebravit pascha dñi/cū esset annorū decem ⁊ ce-  
to/quēadmodum nemo ante eum. Celo itaq; vt vicit  
superiores/ita ⁊ vos filii zelum dei sumite. Exquirat  
vos dei zelus ⁊ deuoret. vt vnuſquisq; vestrū dicat  
Exquisuit me zelus domus tue. Apostolus Christi  
Zelotes dictus est. Suid de apostolo dico? Ipse dñs  
ait. Zelus domus tue comedit me. Sit ergo inter vos  
dei zelus. non iste humanus querit iniuidiam generat.  
Sit inter vos pax. que exuperat omnem sensu. Ama  
te vos invicem. nihil caritate dulcius. nihil pace gra-  
tius. Et vosip̄ scitis/ q̄ pre ceteris vos semper dile-  
xi ⁊ diligo. quasi vniq; patris filii/ coaluistis in affe-  
ctu germanitatis. Que bona sunt tenete. ⁊ deo pacis  
⁊ dilectionis erit vobiscum in domino Iesu. Qui ē ho-  
nor ⁊ gloria ⁊ magnificētia ⁊ potestas. cū sancto  
spiritu in secula seculorum.

**A**mbrosii Doctoris eximii Liber secundus in quo  
de Utili/Officiisq; ad vitam consequendum beatam  
disputatur/ Finit feliciter.

**T**ertius in quo de honesti/ Utilisq; comparatiōe  
(puta quod illorū sit eligibilius) disseritur/ incipit.  
⁊ in quatuor partitur tractatus.

**T**ractatus primus quasi prohemialis/ ostendens  
sanctos/priores philosophis/ laudabiles fore ocio/  
utili solitudineq; fructuosa ⁊ iporum sanctorū oīiū  
⁊ solitudinem / philosophorum ocio atq; solitudine  
honestate utilitateq; precellere/ Vnum continet capi-  
tulum/ quod in duas diuiditur partes.

**D**ivid propheta docuit nos / tāq̄ in am  
 pla domo deābulare in corde nrō . et  
 cōuersari cū eo / tāq̄ cū bono cōtuber  
 nali . ut ip̄e sibi diceret / i loqueret̄ se  
 cū . ut est . Dixi / custodiam vias meas  
 Salomon quoq̄ fili⁹ eius / dicit . Bi  
 be aquā de tuis vasis . i de vuteorū tuorū fontibus  
 Hoc est tuo cōsilio vtere . Aqua enim alta / cōsiliū in  
 corde viri . Nemo (inquit) alienus particeps sit tibi .  
 fons aque tue sit tibi p̄prius . i locundare cū uxore  
 tua . que est tibi a iuuentute . Ceruns amicitie / i pull⁹  
 gratiarū / cōfabulentur tecū . Hō ergo prim⁹ Scipio  
 scīuit solus non esse / cum solus esset . nec minus ocio  
 sus / cum ociosus esset . Scīuit ante īpm M̄oses . qui  
 cū taceret / clamabat / cū ocios⁹ staret / preliabat . Nec  
 solus preliabat / sed etiā de hostib⁹ quos nō otigerat  
 triūphabat . A deo ociosus / vt manus eius alii sustine  
 rent . Nec minus q̄ ceteri negotiosus / qui ociosis ma  
 nib⁹ expugnabat hostem / quē nō poterāt vincere q̄  
 dimicabant . Ergo M̄oses / i in silentio loquebatur  
 i in ocio operabat . Cuius aut̄ maiora negocia / q̄ hu  
 ius ocia / qui q̄draginta diebus posit⁹ in mōte / totā  
 legem cōplexus est / i in illa solitudine qui cū eo loq̄  
 retur non defuit ? Vnde et David ait . Audiam quid  
 loquatur in me dominus . Et quanto plus est / si cum  
 aliquo deus loquatur / q̄ ip̄e secum ? Transibant apo  
 stoli . i umbra eorum curabat infirmos . tangebantur  
 vestimenta eorum . i sanitas defluebat . Sermonem lo  
 cutus est helias . i pluuiā stetit . nec cecidit super ter  
 ram tribus annis / i sex mensibus . Iterum locutus  
 est / et idria farine non defecit . et vas olei toto fa  
 mis diurne tempore / non est exinanitum .

Etq̄m plerosq; delectant bellica / quid ē p̄stantius / ex  
eritus magni lacerti s/ an solis meritis / cōfecisse pre  
lium? Sedebat Heliseus in vno loco. ⁊ rex Syrie ma  
gnā belli molem inferebat populo patruz. diuersisq;  
consiliorū acerbabat fraudibus. ⁊ circūuenire insidi  
is mollebatur. Sed omnes eius apparatus p̄pheta  
deprehendebat. ⁊ vigore mentis / per gratiā dei vbiq;  
presens / cogitationes hostium suis anunciat. ⁊ mo  
nebat / quib⁹ cauerent locis. Quod vbi regi Syrie ma  
nifestatum est / misso exercitu clausit prophetam. Dra  
uit heliseus. ⁊ omnes eos cecitate percuti fecit. ⁊ cap  
tivos intrare in samariam / qui venerant obſidere eā.

Conferamus hoc oculum cum aliorum ocio. Illi enī  
requiescendi causa / abducere animum a negotiis so  
lent. ⁊ a conuentu cetuq; hominum subtrahere ſeſe. et  
aut ruris petere ſecreta / ⁊ captare agrorum ſolitudi  
nes / aut intra urbem vacare animo. ⁊ indulgere que  
ti ⁊ tranquillitati. Heliseus autem aut in ſolitudine  
ordanen transitu ſuo diuidit. vt pars defluat poſte  
rior ſuperior autem in fontem recurrat / aut in carme  
lo resoluta difficultate generandi inopinata / ſterile  
conceptione fecundat / aut resuſcitat mortuos / aut ci  
borum temperat amaritudines / ⁊ facit farine amixti  
one dulcescere / aut decem panibus diſtributis / reli  
quias collegit plebe saturata / aut ferrum ſecuris ex  
cuſſum / ⁊ in fluui iordanis mersum profundo / misso  
in aquas ligno facit ſupernatere / aut emundat lepro  
ſum / aut ſiccitatē imbribus aut famem mutat fecū  
ditate. Quanto ergo iuſſus ſelus eſt / qui cum teo  
ſemper eſt? Quando ſolitarius eſt / qui nunq; ſepara  
tur a Chriſto? Suis nos separabit (ſiquit) a dilectione  
Chriſti. Cōfido / q̄a neq; mors. neq; vita. neq; āgel⁹.

Enī aut̄ feriatur a negocio/ qui nunq̄ feriat̄ a merito  
quo cōsumat̄ negotiū? Quibus aut̄ locis circūscribit̄  
cui totus mūdus dūtiaꝝ possesso est? Quā estima-  
tione definit̄/ qui nunq̄ opinione op̄rehendit̄? Etenī  
quasi ignorat̄ / et cognoscit̄ . q̄ si morit̄ / et ecce viuit.  
quasi tristis / et semper letior. ut egenus / et largo. q̄ nī  
bil habeat et possideat ūia. Nihil enī spectat vir iust̄  
nisi quod cōstans et honestū ē. Et ideo etiā si alii vi-  
deat̄ pauper/sibi diues ē. qui nō eoꝝ que caduca/sz  
eoriū que eterna sunt estimatione censem̄ur.

Tractatus secundus in quo dissent̄ si inter hone-  
stum et utile tanq̄ inter se repugnantia facienda sit  
comparatio/Duo continent capitula.

Capitulum primum Dua s habens partes.

**E**t quoniā de duobus superiorib⁹ locis dixim⁹  
in quib⁹ honestum illud/ et utile tractauimus /  
sequitur vtrū honestatem . et utilitatem inter se com-  
parare debeamus/ et querere quid sit sequendum . Si  
cū enim supra tractauimus vrum honestū illud an  
turpe esset . et secundo loco vrum utile an inutile. si  
militer hoc loco vrum honestum sit an utile/nonnul-  
li requirendum putant.

Nos aut̄ monem⁹ (ne hec inter se velut compugnā-  
tia inducere videamur/q̄ iā vnū supra oñdim⁹) nec  
honestū ē posse/nisi quod utile/nec utile nisi quod ho-  
nestū. quia nō sequimur sapientiā carnis/ apud quā  
utilitas pecuniarie istius cōmoditatis pluris habet̄  
sed sapientiā q̄ ex deo est. apud quā ea q̄ i hoc seculo  
magna estimant̄/ p̄ detimento habent̄. Hoc ē enī ca-  
thortoma . quod perfectū et absolutum est officium/  
a vero virtutis fonte proficiuntur. Cui Secundum/  
est commune officium. quod ipso sermone significat̄/